

II, 31. 6.

51-6

E

Sc  
ex

S U  
S

L  
Sen  
Pri  
DN  
die  
sibu

51-6



3.

FRIDERICI BAVERI  
SILESII  
SERMO FIDELIS

*sive*  
DISSERTATIO

*De*  
Usu & Abusu Sti-  
pendiorum.

---

ANNO 1663.

alto-  
s ser-  
atis.  
o &  
adis,  
tuna  
qua-  
erare  
  
Auli-  
m fa-  
vene-  
nanu  
ctor,  
us sit  
in  
sse

nei







Uoties verba  
Pauli Apostoli, al-  
tioris mentis in-  
dagine perquiro,  
cum dicit: pleta-  
em ad omnia esse utilem, pro-  
missionem hujus & futuræ vitæ  
habentem, toties scrupulum in  
in iis invenio, decantatæ con-  
troversia: AN ETIAM BONA O-  
PERA RENATORUM AD ~~VITAM~~  
COELESTEM CONSEQVENDAM  
SINT NECESSARIA? Pro affirma-  
tione dubitandi rationes sugge-  
runtur, quod dicantur *promissi-*  
*nem habere*, hujus & *future vitæ*.  
Promissio autem est quæ cadit in  
debitum, veluti id ipse Jehova in

A 2

ipsis

psis Paradyfi liminibus Priori-  
bus Parentibus in prot-Evange-  
lio confirmavit, atque ad Cai-  
num quoq; dixit: Nonne si bene  
feceris Elevare: Et si non bene  
feceris peccatum ante ostium.  
Imo dicantur fructus fidei & o-  
pera Spiritus S. Insuper Etiam  
summus iudex hanc protulit  
sententiam: Amen dico vobis  
quatenus fecistis Uni horum fra-  
trum meorum minimorum mi-  
hi fecistis. Quoad negationem  
tertius mihi contrariari videtur  
Elias atque Megalothander, qui  
bona opera Excrementa atque  
Catarmata vocat, ac certissimã  
dicit regulam sive legem: quod  
contrarium semper Eligendum  
ubi sacra scriptura BONA OPERA  
inculcat & quemadmodum Phi-  
lo-

losophi svadent. Ex duobus ma-  
lis minus, hic præ difficiliori fa-  
cilis amplectendum, quod &  
ejus affectæ & horrendi dogma-  
tis basiatores profitentur. De-  
cisionis itaq; loco cum ipsis Or-  
thodoxis statuo: Necessaria es-  
se, nam veram fidem iis osten-  
dere debemus, quæ absque illis  
nec viva nec vera fuerit, obse-  
quium & gratitudinem nostram  
Erga DEUM probare, Proximo-  
rum saluti atque Ædificationi  
consulere, DEI filios atque im-  
mortalitatis Candidatos nos ex-  
hibere, poenas peccatoribus & im-  
poenitentibus debitas vitare, ad  
cœleste brabeum anhelare, vo-  
cationem & Electionem nostrã  
firmare, idque necessitate præ-  
cepti & medii per quod ad eun-

da est hereditas cœlestis. Hoc  
problema A. tam diu me dubiū  
tenuit, ut vix ac ne vix quidem  
abstinere potuerim, quin tale E.  
xordium orationi huic de USU  
& ABUSU STIPENDIORUM  
præfecerim. Nam quamvis  
*bona opera* Theologis dicantur,  
Philosophis VIRTUTES, nemo ta-  
men vestrum infitiabitur Jctis  
dici eadem PIA CAUSA.

Piæ causæ relictum dicitur,  
relictum *Monasterio, Ecclesia, Ho-  
spitali, fraternitatibus, Pauperibus,  
Viduis, Pupillis pauperibus, Captivo  
redimendo, dotis causa, STUDIOSIS,  
pro libertate, refectioe viarum,  
pontium, custodienda civitate, ad pu-  
blicam utilitatem, pro construendo  
monumento, imo & Meretrici quo  
se corrigat.* Hæc omnia in Usu  
suo



suo consistunt. Contra vero ab-  
utuntur Institutores vel Execu-  
tores Legatorum, qui negant *stus-*  
*dium Juridicum, Philosophicum &*  
*Medicum esse piam causam*, cum  
tamē plurimum hæc conferant  
ad utilitatem publicam; conce-  
dunt vero *divitibus*, vel pro *Ani-*  
*ma ex purgatorio redimenda* le-  
gant, Imo ob hanc vel illam  
religionem aliquem excludunt.  
His omnibꝫ sepositis solummo-  
do de *stipendiis dicam*. Difficulta-  
tem materiæ l. m. que profiteor,  
& quamvis alias multitudine li-  
brorum generalia repetentium  
laboremus, quod ne tanti qui-  
dem fieret, nisi abundaremus co-  
piâ, interim tamen pauci hac in  
re præter *Andream Tiraquellum*,  
*Immanuelem à Costa*, *Didacum à*

*Spino* hanc subjerunt curam. Pri-  
oris verba ponderavi si non nu-  
meravi, de posterioribus nihil  
dixisse juvat, siquidem ad manus  
haberi non potuerint. Proin-  
de nemo mihi vitio vertet, si  
hanc ipsam materiam, non ita  
pure & magnificè, sicut fieri de-  
beret si posset, in brevi hac dis-  
sertatiuncula, non tam *Exercitiis*  
quam *promissis solvendi gratia*,  
proposuero, cum in quibusdam  
*Tiraquellum* sequi placuerit, &  
ductu ejusdem tantum quan-  
tum ex ejusdem penu seligere  
potui, dicta vero.

Solent Eloquentiæ Magistri  
tanquam Piscatores Eam hamis  
escam imponere, quam sciunt  
appetituros esse pisciculos, quo  
sine spe prædæ morentur in sco-  
pulo.

pulo. Obtulit se nuper mihi  
quædam Visio, quam hic expone-  
re & loci dignitas & materiæ sva-  
vitas svadet. Cum viam non ad  
modum diligenter tenerē, quia  
neque quo loco *stabulum* meum  
esset, sciebam, sed quocunque  
ieram revertabar donec tandem  
cursu fatigatus & sudore jam  
madens, Matronam verecun-  
dissimi vultus in mediò subsi-  
stentem accedo. *Hæc purpureo  
amiculo, viridioribus radiis pulcerri-  
mè distincto, ipsa tristis, sollicitoq; o-  
re, & apprimè expressis conceptis-  
simisque gemitibus querulebatur.*  
*Ab utroq; latere, ingens turba ocu-  
lis in Matronam defixis, ceterum  
longe diversis affectibus, ut videba-  
tur animata; qui à dextra, ii, sup-  
plicum vultu mulierem adorabant,*

AS.

ES.

Et illa veluti repudiatis honoribus,  
ad levam inclinaverat lumen, ad  
quam Matronam ceu Effigies sta-  
bant contumaces, tanquam populi  
aliquid mulieri Exprobantis. Hi  
intentabant reclusa dextera digi-  
tum, alii risu contraxerant vultum,  
alter frontem aspernante Et su-  
perbo supercilio saeviebat, plurimi  
veluti loquentes, mulieri fractos fa-  
sces, Et sordidam laurum, solique  
eversi rudera, sceptrique reliquias  
lasciviosa contumelia monstrabant.  
Quærebam ex aliquo ad stantiū  
insolentiam hujus Matronæ, qui  
Amictum ita exponebat; Vestis  
purpurea Regiam Originem Juris-  
prudencia, pertinaci Majestate con-  
servatam denotat, pœnas terribiles,  
legumq; capitalium furorem sangvi-  
neæ in palla lineæ exprimunt, sed in-  
ter-

termixta viriditate Humanitas Pon-  
tificum ceu temperantia earum o-  
stenditur, à dextra collocati, banc  
Matronam omnibus studiis rebusque  
preposuerunt, nec illos Philosophia  
sobrietas ad sidera commendavit, nec  
ad rationis, uti tutissimū ita consul-  
tissimum iter, nec mitiorum discipli-  
narum Humanitas permulsit, vel di-  
vinarum literarum nectar, sed velu-  
ti Andabitarum more ad hoc studium  
parentum Communis insania, vel  
Lesbiae complacentia, & Matrimonii  
cupiditas coegit, Unde nihil miri  
quod in extrema hujus mundi  
foece, plurimi Theologi cum Bd.  
Raphaele Cумano & Jafone, mul-  
ta imo ne dicam omnia, ad Mo-  
lendinum suum trahere conen-  
tur, & lites excitent, cum particu-  
lares cum generales, generalem

in meliora mutationem impor-  
taturas. Reliquos autem inter  
quos memet ipsum cernis, *Anti-  
quitas Nominis & ipsius justitiæ a-  
mor decepit, sed nunc amissos mole-  
stissimè annos, laboremq; inutilem,  
severissima Exprobatione reposci-  
mus, & ad meliorem adspiramus.*  
Huic Ego respondebam: O quis-  
quis es Mortalium, qui modo *Juris-  
prudentiam Vulnerasti, noveris quod  
in Rerumpublicarum partibus Am-  
bitio & invidia nocet, Hoc Eadem  
pestes in literarum imperio tentant,  
Maledictio & Calumnia, quæ ho-  
diè pro telis Clypeisque Erudi-  
torum furori & inermi disco-  
diæ ministrant. Quæ autem te  
Deorum clementia in hanc Au-  
daciam excitat, ut foedissime de  
Eorum filia cogites & os tuum  
firmes*

firmes in tam impias voces? Nō enim illud solummodo, quod in Homines atrocibus contumeliosis defævias atque ex numero Eorum sis, qui Stentoreo clamore *Ex juris perditorum non peritorum, litigatorum non Licentiatorum, Dolorum non Dd. suffocatorum nō Advocatorum quorundam vitiis venerabile jurisprudentiæ nomen, publica pro concione, uti Etiam, privatim proscindas, traducas, coinquines, templum justitiæ, & plebeculam jugi politici impatientem ad litigiosas seditiones incites?* Porro arrogancia Idiota bonarum artium tumes inflatus, & per temeritatem, quæ nunquam tui juris, muneris & dignitatis, sed aliis debentur arrogas, imo ill. ad stivam, & lites ferro proscindere

dere tentas. *Si modo Adolescentes, qui jurisprudentiae praeceptis animos informant, scurras turbinesque appellassis utcunque passos fuisssem te in Communi argumento ferociter savire & blatterare, sed gravius memovet cum videaris in nostram scientiam omnium malorum culpam convertere, quasi corruptrix adolescentiae fluenti luxuria lubricam aetatem prosterneret; cum tamen lacrymae fenum, Parentumque miserabilis exitus, primis scholis ubi sternuntur, fundamenta literarum omnem calamitatem imputent. Quid enim non rideantur viri in foro qui in Scholis juvenes lusere.* Verum propter hos litigaturiantium Rabularum abusus ars ipsa vel omnes

JCti



JCti non sunt contemnendi, nā  
utile per inutile nunquam vitia-  
tur; licet Multitudo Dd. Neces-  
sitate legem non habentium graviter  
noceat, qui absq; judicio scribunt &  
se habent tanquam Comes sine Comi-  
tatu, Eques sine Equo; Episcopus si-  
ne Episcopatu, Abbas titularis in Or-  
dine S. Benedicti, Canonicus sine  
præbenda, Cardinalis Ravennæ &  
Rex Scaccorum, Nulla tenentes, &  
Equites in herba, sine scientia & ll.  
fulgentes tanquam fides sine operi-  
bus, miles sine Clypeo, Scholaris sine  
libro, lyra sine Chorda & ignis sine  
calore, campana sine malleo; vin-  
centes non meliora dicendo sed plura  
citando, ut ut veritas nō auctoritate,  
sed ratione dependeat, Aves regales  
imitantes, quæ cum una mare volatū  
suo transmittit, triangulari forma  
omnes

omnes sequi solent, atq; Ovium grex,  
qui universus eo tendit, quo prima  
cursum direxit, Unde, inquam, tot  
abusus juris-prudentiae irrepse-  
rint, tot cautelae, ut is primas in-  
foro tenere videatur, qui syco-  
phanta ll. peritissimus, attamen  
non ita tollitur rei substantia nec  
*Juris-Consulti* dicendi, qui ita  
maculam inurunt laudatissimae  
arti. Contra vero *Theologorum*  
quorundam vitiosissimas inspi-  
ce scholas, Exclamaveris utique  
ô Dii Manes factioni tandem ob-  
viam ire decernite, quorum in-  
juriis contumeliisq; sic accepta  
est sanior doctrina, ut ubivis  
quam in regno suo esse malit.  
*Omnia late Homines inquieti con-*  
*tentiosiq; tenent, qui baud illam sane,*  
*sed pellices secuti, sacra religionemq;*  
*jocum*

jocum & risum fecerunt. Pleriq;  
enim primis Annis tonsores fabriq;  
& sutrinae alumni sunt, aut denique  
servilibus officiis intenti, in obscuro  
vitam agunt, ibi adolescentiam su-  
am exercent, post ubi sacerdotes ce-  
remoniarumque antistites in magno  
honore cernunt, ad similem domina-  
tum maxima ope nituntur. Horre-  
scit mihi Animus cum mecum cogito,  
Magistros rudes, & indoctos ea, que  
non dum satis explorare percepta sint  
& cognita veluti certa affirmare.  
Multum caliginis res divine ha-  
bent, Sanctiusq; & reverentius est  
de iis credere quam scire. Nihil  
in speciem fallacius est quam Religio,  
Etenim quisquis DEI numen obten-  
dit, statim efficit, ut ceteri credere,  
quam judicare malint, illudq; habe-  
ant ratum, quod ab Eo quem sequun-  
tur

96  
tur semel audire. Vitam Eo-  
rum atq; mores narrare non li-  
bet, nam Vereor tam horribile  
secretum proferre in populum.  
Putant quidam sapientiæ munus, pa-  
tenti via populum ad virtutem du-  
cere, cupidinem honesti conciliare, a-  
nimis facere vitiorum odium, qua  
quidem in parte non berele culpandi  
sunt optimi viri. Diligenter enim  
toto anno in hominum vitia pero-  
rant, vocesq; magnificas & saluber-  
rima fundunt præcepta. Sed per  
DEOS immortales, quo illa res perti-  
net? Ipsi enim omnibus vitiis ple-  
ni, exempla se inutilis doctrinæ cir-  
cumferunt. Necessaria proinde  
reformatio, siquidem Ecclesiam ve-  
xat in ceremoniis Magia, in Dogma-  
tibus Apostasia & Blasphemia, in  
cultu Idololatria, in Vocatione Ec-  
cle-

eclesiastica Simonia & fraus, in regi-  
mine tyrannis; in praconio Verbi  
Histrionica profanatio; in reliqua  
vita functione negligentia & Impie-  
tas. In clero ignorantia, fastus si-  
multatum studium, summa deni-  
que in vita licentia & protervia.  
Minus Ergo peccavisses, si invio-  
lato numine jurisprudentiae quos-  
dam mystas accusavisses, qui se-  
veri sacerdotii ornamentum  
maculant indignitate juventu-  
tis, quam acerbissima Eruditio-  
ne in suos gradus adoptant. Pe-  
dem vix moveram adstitisse mihi  
visa est Mulier, reverendi quoq;  
Vultus, oculis ardentibus & ul-  
tra communem hominum va-  
lentiam perspicacibus, colore  
vivido atque inexhausti vigoris,  
quamvis aevi ita plena foret, ut  
nullo

m Eo-  
on li-  
ribile  
ulum.  
us, pa-  
em du-  
are, a-  
qua  
pandi  
enim  
pero-  
aluber-  
sed per  
s perti-  
is ple-  
ine cir-  
oinde  
iam ve-  
Dogma-  
ia, in  
ione Ec-  
cle-

10.  
nullo modo nostræ crederetur  
ætatis; staturæ, discretionisque  
ambiguæ. Nam nunc quidem  
ad Communem sese hominum  
censuram cohibebat, nunc ve-  
ro sulcare cœlum summi verti-  
cis cacumine videbatur: qua-  
cum caput altius Extulisset, ip-  
sum etiam cœlum penetrabat,  
respicientiumque Hominum  
frustrabatur intuitum. Vestes  
erant tenuissimis filis, subtili ar-  
tificio, indissolubilique materia  
perfectæ, quas suis manibus ipsa  
pertexerat. Quam speciem ve-  
luti fumosas imagines sol & ca-  
ligo quædam neglectæ vetustatis  
obduxerat. Harum in Extre-  
mo margine  $\pi$ , in supremo vero  
 $\theta$  legebatur intextum, atq; in-  
ter utrasque literas  $\eta$  scalarum  
in

in modum, gradus quidem infi-  
niti videbantur, quibus ab in-  
feriori ad superius Elementum,  
esset ascensus, Eandem vero ve-  
hem violentorum quorundam  
ciderant manus, & particulas  
quas quisq; petierat abstulerat,  
dextra quidem filum, læva vero  
libellum supplicem hujus fer-  
me Argumenti gestabat: *Philo-*  
*sophia* professio hodiè corruptis-  
sima? quid enim in scholis au-  
dias aliud, quam *genus, speciem,*  
*differentiam.* *Sorites ibi currit &*  
*Plato Disputat.* Nullus interim  
vocum prædicabilium & prædi-  
camentorum aut propositionū  
aut ulloꝝ præceptorum dia-  
lecticorum monstratur Usus.  
Hinc quoque sine fructu dispu-  
tatur ab adolescentibus, *An de-*  
*finitio*

96  
*finitio generis sit bona, quæ tamen  
quæstio nihil confert ad defini-  
tionis naturam recte cognoscen-  
dam, si methodo sana uterentur  
disputatores; Stultiores & in-  
eptiores sunt illæ quæstiones,  
utrum omne animal fuerit in arca  
Noe? an Logica sit de primis aut  
secundis intentionibus? quomodo  
differant hæ propositiones, Ro-  
mæ venditur piper & piper venditur  
Romæ? Nullus & nemo mordent se  
in sacco? An Homo mortuus possit  
celebrare missam? Utrum omne  
impossibile concedendum? Præle-  
gitur Petrus Hispanus in felix &  
jejunus Dialecticæ magister,  
prælegitur Porphyrii Isagoge ele-  
gans quidem, sed male reddita  
& exposita, prælegitur Organon  
Aristotelis nobilissimi in hac re  
arti-*



artificis, sed si rediret *Aristoteles*  
non agnosceret illud. Utuntur  
Interpretibus puti dissimis, *Tar-*  
*tareto, Bricoto, Scoto* & copulatis  
quibusdam terque quaterq; in-  
eptissimis; His fraudantur, fru-  
strantur seducuntur optima in-  
genia. Nam nullus ex Præce-  
ptoribus vel discipulis genui-  
nam authoris optimi mentem  
ex talibus assequitur commen-  
tatoribus, & quod majori cum  
detrimento studiorum conjun-  
ctum est: *Novator* dicitur quis-  
quis studia juvare, & sinceriores  
*Aristotelis* *Expositores, Themis-*  
*stium, Alexandrum Boëtium, Agy-*  
*ropilum, Stapulensem* & similes in  
medium proferre cupiat, sed  
tanquam semper in illa barbarie  
moraturi essent, subhorridas le-  
ges

amen  
defini-  
oscen-  
entur  
& in-  
ones,  
n arca  
nis aut  
modo  
s, Ro-  
nditur  
dent se  
s possit  
omne  
Præle-  
elix &  
ister,  
ge ele-  
eddita  
rganon  
ac re  
arti-

ges præscribunt, & ut infernæ  
artis mystæ, veluti circulum de-  
signant, ultra quem prodire cer-  
to interitus supplicio vetant.  
Unde inferorum carcerem Plu-  
tonicum refertissimum ajunt,  
stultorum, at Cœlum occupari  
Heroibus Philosophicis. Phi-  
losophici autem Heroes sunt ta-  
les Humiles oves quales Christi  
crucifixi vocem audiunt, & ejus-  
dem vestigia legunt ritu Apo-  
stoli, qui profiteretur se Mundo esse  
Crucifixum, Mundum autem si-  
bi. Quinq; autem Sophias recte  
cognoscens cognoscat facile  
quinque Morias quarum frater  
primogenitus describitur: quod  
mutetur ut Luna, quia victitat  
suo fluxu. Pauperimi Mundi  
Favorini Auro & aura. Aëria  
au-

autem illa Philosophica in Theologia mysteria, Caligantisque Religionis subtilitates, tot melioris notæ hominibus cerebrum cardine emoverunt, sed Ego non unquam piam Matrem læsi. Non profecto satis impossibilitatum in religione vera habere, alacris fides est; cujus mysteriorum altissima profunditas, non tantum dilucide explanata est, sed syllogismis etiam rationisque amussi confirmata. Obscuris deviisque vestigiis mysterium aliquod libenter sequamur, donec ad illud: *O Altitudo!* ratio nostra perveniat: *Nodos illos de Trinitate, Incarnatione, Resurrectione, Providentia, Electione*, nonnunquam nobiscum solitarii meditemur, mentemq;

B

in

in his comprehendendis Exer-  
ceamus, quæcunque nobis aut  
Satanas, aut ratio rebellis obji-  
ciat ea omnia uno illo paradoxo  
*Tertulliani* Expediamus: CER-  
TUM EST, QUIA IMPOSSIBILE.  
Gratulantur sibi genuini Chri-  
sti imitatores, quod in miracu-  
lorum tempore non vixerint,  
aut Discipulos viderint, vel i-  
psam *Christum in carne*, vel cum  
Israeliis mare tranfierint, nec in  
Eorum numero fuerint, quos  
Christus per miracula sanavit:  
Hic enim ipsis volentibus no-  
lentibus credendum fuisset, nec  
ad ipsos pertinuisset *benedictio*  
de omnibus illis pronuntiata,  
qui non videntes crediderunt.  
Facilis est Eorum & necessaria  
Credulitas, qui Ea credunt quæ  
sensus

sensus & ratio exploraverint.  
Sed hi Christum mortuum & se-  
pultum resurrexisse credunt in-  
que gloria ejus potius quam in  
cenotaphio & sepulcro contem-  
plari cupiunt. Est autem quod-  
dam genus Hominum, quod  
Nautis credit quæcunque narra-  
verint, Sancti Pauli testimonia,  
atque Mosis in dubium vocat.  
Cumq; Aristotelis, Plinii, Ælia-  
ni traditiones, strenue defen-  
dant ii Homines, in sacræ pagi-  
næ historiis quærunt, & hæsi-  
tant, & ea solummodo fide di-  
gnantur, quorum aliquid simile  
apud Trismugistum vel Pytha-  
goram repererint. Esse quæ-  
dam fateor inscripturis sacris,  
quæ si quis cavillandi animo le-  
gerit, nugacissimas quas libet

Poëtarum fabulas superare vi-  
deantur. Omnes licet & supe-  
riorum ætatum legendas, & præ-  
sentes ineptias percurras, vix  
quicquam reperias quod cum  
*Samsone* certare poterit, quæ  
tamen omnia facile possibile  
sunt, si modo minimum omni-  
potentis Digitum admotum co-  
gitemus. At fieri etiam potest  
quod & in *hominum sermone*,  
& in ipsa infallibili *Numinis vo-*  
*ce*, sæpe *Enormitates*, *Contradi-*  
*ctiones* & *Antinomie* appare-  
ant, quod ex debili ingenii no-  
stri captu accidere solet. Pos-  
sim Nomenclaturam quandam  
dubitationum in medium affer-  
re, quæ ut opinor adhuc intactæ  
sunt, nec à quoquam nisi ab uno  
vel Altero Theologo tantum in  
con-

controversiam adductæ, nec ta-  
men ut auditæ Explicari pos-  
sunt, non quæstiones & Thema-  
mata inepta sunt nec objectio-  
nes de Vespertilionibus & Hi-  
rundinibus è fumo nataæ. Ato-  
mos enim in Theologia non fe-  
ram. Columbam ex arca emis-  
sam nec reversam lego, non ta-  
men quæram quo pacto relictū  
socium repererit. *Lazarum* ab  
inferis revocatum, nec tamen  
scire laboro, ubi gentium ejus  
Anima interea hæserit. Nec  
juris controversiam moveo: Li-  
ceatne illiquem heredem scri-  
bserat, bona ejus retinere, vel  
an ipse postliminio reversus fa-  
cultates adire possit? An ex si-  
nistro vel dextro latere *Adami*  
facta sit *Eva*, Cum tamen non

constet an Natura tale discrimen invenerit. Ex costa Adami factam scio, non anxie disputaturus utrius hæc costa in die Critico futura? nec an *Adamus Androgynus*? similiter utrum Mundus sub tempus Autumnale, an Vernum Creatus, nec refert quod nam ex cœlestibus signis ☉ obtineat. In theologia pariter ac Philosophia non parvus controversiarū numerus, quas nonnulli, iique summa Eruditionis opinione viri & proponere & ventilare solent, in quas ne horas quidem vacuas, nedum seria Nostra studia impendenda censent. Digna omnia, quæ ad *Pantagruelis* bibliothecam legentur, aut cum *Tartareto* de modo Alvum levandi in unum idem-



idemque volumen compingantur. *Judam* sibi vitam laqueo finiisse ex sacra pagina non constat, licet quodam in loco id textum velle videatur, sed vocis ambiguitate factum, ut sic Interpretes transtulerint. Dogma de geniis tutelaribus, summa cum confidentia asserit *Ecclesia Romana*, idq; ex responso illo: *Petro fores pulsante: non est ipse, sed Angelus ejus id est Nuncius ab eo aliquis.* Allegoricam *Hermetis* descriptionem *Metaphysicis* omnibus *Theologorum* definitionibus *prefero*, in quibus rationi satis fieri nequit: sic æque mihi arrisurus, qui Animam definiat, Angelum Hominis, Corpus Dei ac qui *Ἐντελέχεια*. Lucem, Umbram Dei, ac qui a-

B 4 ctum

scri-  
dami  
puta-  
e Cri-  
is An-  
Mun-  
le, an  
refert  
gnis ©  
pariter  
is con-  
is non-  
itionis  
nere &  
ne ho-  
m seria  
da cen-  
quæ ad  
am le-  
reto de  
n unum  
idem-

ctum perspicui, quamvis myste-  
ria aliqua ex descriptione Plato-  
nica intelligere contenta sim,  
morosam definitionum severi-  
tatem non exegero. Verum  
quos incuso? Sectarios *Philo-  
sophicos*? non arctiori Circu-  
lo Ecclesia definitur. Felix er-  
go qui cum *Thoma Browne* ad sa-  
ni iudicii proprii præceptum,  
& pro privato pietatis suæ genio  
recipit, & repudiat illa conten-  
tionum adiaphora: non credi-  
turus quod *Lutberus* affirmave-  
rit, nec repudiaturus, quæ *Cal-  
vinus* improbaverit. Nec cui  
in univèrsum displicet *Concili-  
um Tridentinum*, nec qui in to-  
tum approbat *Synodum Dordra-  
censem*, sed *Ecclesia* sibi *textus*,  
ubi silet *scriptura*; ubi ea loquitur  
Com-

*Commentarius*; Ubi utraque in  
silentium consensit, nec *Roma*,  
nec *Geneva religionis Canones* præ-  
scribit, sed eos à *judicij dictami-*  
*ne* petit.

Commendabat ad huc muli-  
er modo dicta veritatem, quam  
hominum malitia nescio qua i-  
niquitate, & ad malum naturæ  
pravitate damnaverunt exilio,  
queriebatur *Senex* quispiam ô *Vi-*  
*tam* brevem, *artem* verò longam,  
*judicium præceptis*, *occasionem falla-*  
*cem!* Longiorem mihi putabam  
etiam post abruptum *Atropos fi-*  
*lum*, *Artemq;* quam in *compendium*  
vel *auro redigere* & redimere stu-  
dii, *præceptis falsariorum testamenti*  
*mei*, *judicium*, *fallaci occasione con-*  
*fudit.* *Fasces ex fascibus nasci*  
*solent*, *nunquam tamen progeminare*

*poterint, nisi aureo imbre rigentur.*  
Sed omnibus seculis diverte-  
runt divitiæ à studiis virtutis, &  
sæpius scientia ingratis frigit,  
quam purpuram despexit. Ne-  
mo intra ipsas literas, aliud suis  
laboribus promittat, quam ca-  
stissimæ dulcedinem voluptatis,  
& ad summum inutilem exigen-  
tibus famam. Nam ut primum  
de *Philosophia* dicamus, quod præ-  
mium, quamve spem illa *Nympha* suis  
*Amatoribus* invenit? Perpetuum  
*scholarum pulverem*, & in tam libe-  
rali disciplina ne quidem mercenaria  
doctrinæ locationem; In privatis  
quoq; familiis Educationem puero-  
rum, jam olim servilis necessitatis  
munus, & hodie non unius *Pistocle-*  
*ri immiti* superbia despectum. Ju-  
ris autem immensa cognitio per tot

nodos impedita, jam plerumq, sol-  
ventium nugis, ingratisimos sudo-  
res raris stipendiis videtur ad solam  
eternitatem laboris educare. Nam  
interclusa tribunalia, non nisi jam  
opulenta scientia pulsantur, si placeat  
de eorum miseriis augeri; si in PA-  
TRONORUM nomen ire; jam existi-  
de literarum pulcritudine, quæ hic ste-  
rilis & ad opes currentibus inutilis  
damnatur. Nempe enim tot Mu-  
nicipiorum jura in sola Codicum nau-  
sea & solitudine vestigabis, vivo  
strepitu opus est, & callidissimis ex-  
perimentis, quibus incendere lites  
& opprimere possis. At nec Divi-  
nis studiis Clementior portus, ubiq,  
divitias sui juris faciente fortuna,  
Nam infinite opes, quæ sacrorum  
custodibus venerunt, longa & trepi-  
da Majorum pietate, nunc mercedi  
&

*Et in consulta, amicitia, Magnatum,  
aut solite adulationi cesserunt.  
Inter hos scopulos tam turbido  
freto & obstinatis fluctibus re-  
pellentes literatorum remigia à  
divitiarum cursu, quidam veluti  
everberatam tempestatem, pro-  
pria fortuna vicerunt, qui in a-  
pice studiorum aureos quoq; fon-  
tes, & ambitiosum otium invenerunt,  
sed in illis ipse casus potius, quam  
Eruditio felix fuit, & saltem nu-  
meranda paucitate infamant Musæ-  
rum egestates, quæ pauciores quàm  
vilia aut pudenda artificia ad hu-  
manum sublimatem attollunt.  
Expertentia quotidiana docet,  
quod quilibet terra mariq; va-  
cans officium, vel Stratiaticum,  
vel Scholasticum vel Ecclesiasticum,  
vel Politicum, vel Oeconomicum per*

578

eramites ambiat, quæ amicitia unius  
alicujus Mecœnatis seu Patroni defi-  
cit, Etiam si singulis ipsius capillo-  
rum apicibus sedecim artes adhare-  
ant, equidem præter cetera multa,  
multi multoties non-nemini suppli-  
cantium dicunt: Nullam præcer-  
mittemus tui iuvandi & levandi lo-  
cum sed interim nihil faciunt, nisi  
forsitan unum hoc miraculum, ut ab  
orco revocare videantur M. T. C. sic  
conquerentem: Si esset in iis fides,  
in quibus summa esse debebat non la-  
boraremus. Laborat autem passim  
magnum hujus Babylonici Mundi  
Xenodochium, uno morbo fontico,  
dum ad functiones provehi videtur,  
frequentius, non logicè sed gramma-  
ticè. Alius per Nominativum, die  
Lunæ dum exploratur, nunquid Can-  
didatus sit Nominativissimus aliquis  
Hector

*Hector, Achillis, Chrysoſtomus, Am-  
broſius, Avicenna vel Paracelſus'  
Bartolus vel Baldus Homerus vel  
Virgilius, Ariſtoteles vel Ramus ſeu  
à Magnis nominibus nomen ducat*

*Julius à magno dimiſſum Nomen Iulo.*

*vel die Martis per Ablativum dum  
aliquis per Patroni malevolentiam  
exauctoratur, & alter per ejusdem  
benevolentiam ſubrogatur. Vel die  
ꝯ. per Dativum dum ambiens talem  
ꝯ. gerit in pedibus ut feſtinans nul-  
lus credat, ſed functiones furtim per  
artes cauponendi redimat largitio-  
ne, quam neſciebat ſenſim acquirere,  
Eruditione, ſupplicatione ſolicitati-  
one. Alius die 4. per Accuſativum  
cum ambiens perfidas calumnias ſe  
intrudit in alienam Spartam. Vel  
die 7. per Genitivum dum indagatur  
quo ortu ſit, an Nobilis Patritius, imo*

*MA-*



*Matrimonio alicujus filia. Pauci dun-  
taxat omnium optimi per Vocati-  
vum in die ☿. Reliqui die ☉. in Pa-  
negyri & hujus Poli dædalei Mundi  
theatro agunt personas & Psalmos  
pœnitentiales canunt in Exilio. Ve-  
rum pecuniæ cupiditas hæc tro-  
pica instituit, Priscis enim tem-  
poribus cum adhuc nuda virtus  
placeret vigeabant artes ingenuæ  
summumq; certamen inter ho-  
mines vigebat, ne quid profutu-  
rum seculis diu lateret, ast si quis  
âmpari amore deceptus de ege-  
state altissimas quoque Musas  
contemplari & eadem sincerita-  
te colere audebit, quantumcun-  
que magnificè cogitet, sæpissi-  
mum de Hecates cœna gustabit.  
contra vero*

*Quisquis habet nummos felici navigat Aura  
Fortunamq; suo temperat arbitrio.*

*Uxo-*

Uxorem ducat Danaën ipsumq; licebit,  
Acrisium jubeat credere quod Danaen.  
Carmina componat, declamet, concrepet o-  
mnes

Et per agat causas, sitq; Catone prior.  
Multa loquor, quidvis Nummis presentibus  
opta

Et veniet, clausum possidet arca Jovem.

Putabam virum istum *Medicum*  
uti ex *Coiaphorismo* colligebam  
vel *Chymicum* dum multa de Au-  
ro differebat vel ad minimum  
*fundatorem* alicujus *legati pii*, ne-  
que opinio fefellit, nam sicut ad  
*Medicum* spectat consideratio  
& sanitatis & ægritudinis, sic &  
boni *Politici* est, non solum quæ  
pestis, sed & quæ media & reme-  
dia sint, veluti *Alexipharmaca*,  
boni *publici* & *utilitatis*. Quis  
eorum, inquit, nō misereatur, qui  
ex *Amore studiorum* peregri-  
nantur *Exules*, de *divitibus* fiunt  
Pau-

Pauperes, quo illorum studio totus orbis illuminetur, & Homines ad serviendum Deo & Magistratibus obediendum informentur. Hi non minus militare videntur, quam si galeis, clypeisque niterentur, *belli autem nervus est Nummus*, atque hebescit ferrum nisi auro nonnunquam affricetur. Proinde in studiis quoque Antiqui *Sapientes* voluerunt *fundare stipendia*, nam vel in comodo aliquo loco, domos commodas extruxere, quas *MONASTERIA* vocarunt, Præsidem vero virum ætate gravem, moribus probum, literis probatum *ABBATEM*. Nullus autem in eis locus dabatur ocio, sed suis studiis laboribusque singuli insistebant, unde etiam multi sanctissimi

simi doctissimique in omni scientia Viri cum magna laude & nominis & ordinis evaserunt, & quod aliqui *Bibliothecis*, tanta librorum multitudine locupletatis, ut vix dinumerari quirent, ego singulari favore *Religionis & Patrie*, præsertim in his Silesiacis oris, instigatus *XIX. Stipendiariis*, tam in *Academiis* quam *Gymnasiis* viventibus de *XXIVM Imperialibus* prospexi. Verba hæc tussim mihi Excutebant, cum vir ille me alloqui cæpit atque rogare, num & ego ejusdem *ducatus* indigena & nomen suum unquã exaudiverim. Ignosce, referebam, *Vir Generosissime* si in distribuendis titulis sim parcus, attamen videtur mihi Manes tuos potius veritate quam titulis placari.

cari. Si verum quod vox inter  
sylvas convalles audita à soli-  
tis querimoniis & importunis  
erroribus in expleta, calamito-  
sum Hominem, nescio ad quæ  
solatia vocet, utique Coniuncti  
gemitus & iniqua miserorum  
paritas, factorum acerbicatem &  
invidiam Mortalium aliquo mo-  
do lenire potuerint. Audivi  
equidem, *Generosum* aliquem *Pa-  
triotam* Amore Patriæ favoreque  
Religionis, quam *Reformatam*  
vocant, eximiam summam in  
sumptus literarios erogasse, ve-  
rum hodiernos Executores, te-  
stamentum infirmasse, agentes,  
7. requiri testes, qui ibi omissi,  
Duo esse testaments adeoque pri-  
us prævalere. Item vitiari, quo-  
niam testator ita constituerit:  
Con-

Constituo tales Executores & si nolint vel nō possint, volo quod alios constituent, contra bonos mores clausulam esse, quā legantur omnia bona tam præsentiā quam futura. Falsum quod in hoc casu actori quoicunque faueatur; iudicem non nisi imploratum officium suum imperitari posse, privilegia de illo legato concessa posse revocari, nec esse extendenda, & quod nequissimum ipsi in *Pacificationem Osna-bruggensem* delinquentes à recta via juramento posthabito deflecentes, id perpetrant, quod neque domino territorii alterius partis confessionē assumenti licet vel licuerit vel licebit. Nam is citra subditorū onus & præjudicium publicum nil quicquam  
reli-

religionis immutare vel ullum  
impedimentum directe vel in-  
directè alterius sacris afferre po-  
test. Voluere enim moderati  
& prudentissimi Paciscentes, ne  
aliquis Protestantium cujuscun-  
que Conditionis, sive huic parti  
sive illi addictus olim fuerit, sive  
nunc demum accedat, ullo mo-  
do propter confessionem mole-  
stia afficiatur, quod verba pro-  
bant: *Salva cujusque conscientia;*  
sed Inquisitionem, Persecuti-  
onem inter Protestantes pro-  
hibitam atque intollerantiam  
aliorum imo & suorum ad se ve-  
nientium ut & à muneribus pu-  
blicis & privatis functionibus  
Exclusionem, totalemuc à terri-  
torio Expulsionem non solum  
egregiè palliant, sed & profiten-  
tur

tur & defendunt. Verum ab-  
rumpam, breves & mutabiles  
sunt rerum humanarum vices,  
& conditionis nostræ fatum, Re-  
ctor nonnunquam simpliciter  
indulget. Celebritas & Puri-  
tas rei invidiam parit, invidia,  
inimicos, mortem inimici & ni-  
hil est tutius *ignorantia*.

*Ne te pœniteat (refcrebat se-  
nex) calamo trivisse labellum. Fu-  
rarunt enim quod secundum posse &  
nosse, justi & utiles in Homines &  
rem legatam esse velint, deinde, quic-  
quid acquisiverint ex relictis id o-  
mne acceptum Deo reddituros, nul-  
lum Advocatum vel Executorem  
præter instituta religionis & teno-  
rem testamenti, nisi Serenissimor.  
Dominorum PP. Depositariorum  
permissione, constituturos, nihil et-  
jam*



*jam privati favoris in aliquem Un-*  
*quam collaturos, vel muneris vel ser-*  
*vitii à quolibet ex debito vel intra se*  
*ipsos statuto jure exacturos. Ad*  
*locum Majoratus bis in quolibet anno*  
*de Usu & abusu legati consulendi*  
*gratia conventuros, & ut breviter*  
*me explicem, nihil prætermitturos*  
*quod meo legato fuerit emolumento.*  
*Instabam, Nobiliss. Dn. Priscis*  
*temporibus cum adhuc nuda,*  
*veritas placeret, juramentum*  
*tanquam invocatio Nominis*  
*Divini in testem colebatur, Ho-*  
*die vero eodem luditur quem-*  
*admodum astragulis à pueris,*  
*tanta enim perpetrant in priva-*  
*tum Usu devolventes, quæ ma-*  
*gnis curis & molestiis, pii fun-*  
*datores in publicum erogavere,*  
*Hæc vel Canibus vel felibus po-*  
*tius*

ab-  
biles  
ces,  
Re-  
citer  
Puri-  
idia,  
& ni-  
at se-  
Fu-  
sse &  
es &  
quic-  
id o-  
nul-  
rem,  
teno-  
simor.  
rum,  
hil et-  
jam

tius ceduntur. O tempora & Mores exclamabat! Nihil ne tam sanctum, quod diuturnitas temporis non corrumpat? Multa probe à Majoribus instituta, senectutis vitio deflexerunt in turpissimos ritus. *Stipendium* militibus primo fuit solutum, quemadmodum *Præceptoribus Minerval, Victori Niceteria, obstetrici meotium, Bajulo diarium, Nautæ Naulum, Medico sostrum in ludis superanti brabeum, Proxenetæ Proxenetica*, postea ad *Studiosos* devolutum, quia in omnibus militibus *Eos creditum est æquivalere.* Nam bonum videtur argumentum à milite ad Ecclesiam & piam causam, quia eadem ratio militat in utroque, & privilegium competens militi congruit

gruit etiam piæ causæ Hinc cum  
favore militis valeat testamen-  
tum, quod tabellio scripsit abbre-  
viaturis, Scheda vel protocollo li-  
cet antea decedat testator quam  
tabellio illud legat coram testi-  
bus & in publicam formā redi-  
gat, dum de modo voluntate ejus con-  
stet per duos vel tres testes. Sic ea-  
dem ratio in testamentis scriptis Ci-  
fris vel Characteribus incognitis  
Imo nutus & nudum signum suffi-  
ciunt. Huc quoque facit quod in  
ultima voluntate relicta possint peti  
& debeantur, etiam nondum adita  
hereditate. Favore militis à pacto  
future successionis deferenda, di-  
gredimur ad speciem ultime volun-  
tatis licet non valeat in vim pacti.  
Absentibus legatur, siquidem promit-  
tens quid piæ causæ, Deo pro-  
mit-

C

mit-

mittit qui est ubiq; & quod præ-  
cipuum, quemadmodum *id quod*  
*favore militis emptum ex pecunia*  
*militis efficitur ejusdem, licet aliud*  
*sit in privato. Ita & Emptum ex pe-*  
*cunia pia cause efficitur Pia cause.*  
Ædificet Clericus ex pecunia Ec-  
clesiæ in suo solo, ædificium, nõ  
cedit solo, sed favore Ecclesiæ  
solum cedit ædificio. Idq; pro-  
be Examinantes *Antiqui omnia*  
*privilegia concessa jure militibus ar-*  
*mata, applicabilia militibus cœlestis*  
*militie putaverunt. Extenduntur ea*  
*quoq; ad Milites justitie.* Ast jam  
Homeris temporibus, non e-  
rat novum, filios degenerare à  
Parentum institutis, cum abun-  
darent opes in illustrib; famili-  
is & luxuriantes copias avlta in-  
dustria peperisset, obstupuerunt  
pau-

paulatim Virtutis stimuli, & aliquid remiserunt Nepotes, de paterna contentione ad gloriam, donec vertentibus aliquot seculis vix aliud ad commendationem habuerunt, quam inanem prope & fugitivam suorum Authorum memoriam. Tempora tempore temperanda, & rapienda est occasio quæ præbet benigno responsum, Ex eo quærere adhuc Unicum cæpi, quæ ratio se habeat in Stipendiario, num & ille pœnam de plure petendo incurrat qui in tali legato, tempus inchoatum pro impleto habeat? Respondebat autem, quod non. Licet alias, dicebat, non debeat relinquitur, ante impletam Conditionem, nisi per Heredem stiterit, quo minus conditio adimpleatur, attamen si legatum fuerit ad

*piam causam nihilominus debetur, atq; tali modo relictum peti poterit in ipsius temporis Exordio. Sed ut ante ex te audiui, Illos optime partis pessimè abuti, facienda Executio, siquidem assuetudine peccandi succrescunt ipsis sceleribus Excusationes, & Animus in flagitia promptus inexpedito commento veluti scelerata vita custodiam habet. Bene itaque, culpam horum omnium Excessuum Papa Adrianus VI. in instructione pro Legato Papa in Executores Confert, dicendo: Clamant scriptura Peccata Populi derivari à Peccatis superiorum, Propterea Salvator noster Curaturus (ut ait Chrysostomus) in firmam civitatem Jerusalem, ingressus est prius templum, ut peccata in Ecclesia primo castigaret, instar bo-  
ni*

ni medici, qui morbum à radice cu-  
rat. Scimus in hac Sancta sede ali-  
quot jam annis multa abominanda  
fuisse. ABUSUS IN SPIRITUALI-  
BUS, Excessus in mandatis & omnia  
deniq; in peruersum mutata. Nec  
mirum si aegritudo à capite in mem-  
bra, à summis Pontificibus in alios  
inferiores descenderint. Adeste  
Lorarii, barbaramque rabiem,  
rabiiosamq; barbariem, quæ in-  
nocentiam audire non potuit  
subvertite. Terrorem incutie-  
bat mihi repentinus horror, co-  
gitabam enim furiosa Magna-  
tum odia non nisi illorum san-  
gvine placari, qui controversias  
seu Errore seu malignitate exci-  
tarunt, pro inde majori timore  
succeedente hæc me Visio mihi  
metipsi restituit, iussitque be-

C 3

ne-

etur,  
terit  
Sed  
ime  
nda,  
udine  
eribus  
agitia  
to ve-  
babet.  
um o-  
Adria-  
Legato  
rt, di-  
Pecca-  
s supe-  
noster  
us) in  
ingres-  
cata in  
star bo-  
ni

nefactorum & gratiarum esse me-  
morem.

Bene itaque sperare sum au-  
sus vindictam Deo committen-  
do, qui retribuet, & quæ alias  
novercante fortuna præda avari  
furoris, & furiosæ avaritiæ sunt  
facta, duplici cum fœnore resti-  
tuet. Unde tantum abesse cre-  
do vana esse quæ dixit *Rabanus*, ut  
potius verissima: *Virum fortem*  
*excitat ad Virtutis Exercitium alie-  
ni livoris aculeus.* *Jacob* qui *Jor-  
danem* transierat, non redisset cum  
*duabus turmis*, nisi eum in *PATRIA*  
*invidia* agitasset. *Joseph* non impe-  
*rasset Ægypto* nisi eum fratrum *invi-  
dia* vendidisset. Tantum enim  
*Penatum Patriæq; Charitas Civi-  
libus odiis* concedit, ut *Patrios*  
*ejicere*, sibiq; *alienos homines*  
Cos-



Cosq; barbarissimos & agrestes  
accedere sæpius malint, quam  
aliquem popularem recipere.  
Tanquam Promptitudo inser-  
vendi patriæ minuatur si noti  
submissi sint, & augeatur pere-  
grinitate incolarum. Verum,  
hic *geminus in Peregrinatione, &  
exultabimus in Patria, qui autem,  
non genuit Peregrinus non gaudebit  
Civis, quia desiderium non est in illo.*

Cæterum Salvete Manes No-  
biliss. & Consultiss. Dn. WERLI-  
ENI, liberalitas vestra pluris me-  
retur quam meum Eloquium,  
unquam præstare poterit, & pro-  
borum Virorum, bonique publici A-  
*mantium aures vellicat in-*  
*clamando:*

**SEQUIMINI.**

En

**E**N! calidis iterum gestis clarescere  
scribitis, (Chori.  
BAVERE, Aonidum Lucida Gemma  
Festinasque premis pennas, queis arte  
sagaces  
Conceptus Genii prodis & Ingenii.  
Laudo conatus, mecumque Heliconis  
Alumni, (tenet.  
Quos Latiae Linguae vis animosa  
Pergito sic vastum Svadae decurrere  
campum, (cus.  
Romulidum si vis grande tenere de-  
Hinc etenim major surget tibi gloria,  
multa  
Somnia quam stolidus si sequerere  
Sophum.

f.

**J. C. NEANDER,**  
Archidicasterii Electo-  
ralis Brandenb. Advo-  
catus.

Esse

**E**sfæti labes hæc est deterrima seclis,  
Quâ datur in vasto turpius orbe nihil.  
Ignavi comedunt Stipendia pingvia fuci,  
Nonq̄ suas sorbent heu sitienter opes!  
Qui nihil in studiis solidum vel Apolline di-  
gnum

Præstant, sed ventrem Abdominis instar  
habent,

Atq̄ sui nullum possunt testari Usus,  
Marcida sed nimio membra sopore tra-  
hunt.

Vix puto Margiten tam stulta mente fuisse,  
Qui neq̄ fossor erat, sed neq̄ Cultor a-  
gri:

At fruges tantùm barathro demergere  
natus

Appositus nulli protereaq̄ rei.

Hunc imitantur ii, pleni luxu atq̄ veterno  
Æra tamen poscunt publica sæpe sibi.

O! scelus, ô! Labes districto vindice digna!  
Non impune feret, talia quisquis agit.

Spernitur interea mentis melioris alumnus  
Rectius ingenium, cui pietasve subest,

Et

Esse-

Et cum fortunâ miserè luctatur iniquâ :  
Ut studiis nequeat succubuisse bonis  
Illius ast sentit multos Ecclesia fructus ,  
Publica si foveat Res- & amanter alat.  
Respicient proceres , tribuantur ut omnia  
rectè

Queis indignus ego ponere nolo modum.  
Non Tibi conferrî stipendia judico frustra  
BAVERE, ad libros qui sine fraude sedes  
Dequo multa sibi promittat , patria torva  
Doctrinæ sciret si posuisse modum  
Fecit Te Vatem sub verrice nata bicollî  
Visio , quæ tollet nomen ad astra tuum.  
Maecte animo , maecte ingenii prædivite Ve-  
nâ

Te nobis augur servet Apollo diu !

Rogatus apposuit

JOACHIM MEGELIN.

---

**U**T perdix incubat ovis  
alienis , nec tamen ipsa

in

in pullos vult animare:  
Sic is Stipendia, nullos  
qui extrudit fœnore fructûs,  
in abusum collocat, atque  
fruitur malè; scilicet usum  
sic negligit. Hic, ut utrumque  
referas sermonibus, ecce,  
video, perdocte BAVERE.  
Insta: fac perge labores  
doctos vulgare. Decus sic  
& gloria se Tibi jungent.

Ἐκ τῆς Παράκλησεως  
ἀποστόλου.

**TOBIAS KRASKE,**

Tribellâ-Lusat. Scholæ

Francof. ad Viadr.

Collega.



in


















X4 467

**ULB Halle**

3

004 654 560



5h

V. 5/17

M.C.





dit; at qui alteriu  
rum est maximus  
vitutis dies est pri  
Libertas in anim  
virtuti dedito, e  
qui te certum red  
tua, talem scilicet  
lem tibi ipsi finger  
noveris.

Hoc illud est; qu  
ce, dicere possum  
vor est Siren allec  
num in lingua, gla  
gerit. Sit Tibi S  
non Ductor. Ni  
oportet, qui p  
cedit, & præcip  
non men

*Forsan & hæ  
minisse ju*

3.  
RICI BAVERI  
SILESII  
O FIDELIS  
*sive*  
ERTATIO  
*De*  
Abusu Sti-  
diorum.

ANNO 1663.

A 2

ipsis

